

Cicero, Pro Archia Poeta 4-6 mit Änderungen (153 lat. Wörter)

Der Werdegang eines Dichters

Der aus Antiochia stammende Dichter Archias kommt im Jahre 102 v. Chr. im Alter von 16 Jahren nach Rom. 13 Jahre später erhält er das römische Bürgerrecht (*civitas*). Als ein gewisser Grattius dieses Bürgerrecht dem Archias streitig machen will und damit erreichen will, dass der Dichter aus der Stadt ausgewiesen wird, übernimmt Cicero dessen Verteidigung und schildert in seiner Rede kurz den Werdegang des Dichters und, wie dieser nach Rom kam:

Nam, ut primum ex pueris excessit<sup>1)</sup> Archias, ab iis artibus, quibus aetas puerilis ad humanitatem informari<sup>2)</sup> solet, se ad scribendi studium contulit. Primum Antiochiae<sup>3)</sup> – nam ibi natus est loco nobili -, celebri quondam urbe et copiosa, celeriter antecellere omnibus ingenii gloria contigit. Postea in ceteris Asiae partibus cunctaque Graecia sic eius adventus<sup>4)</sup> celebrabatur, ut admiratio hominis ipsius famam ingenii superaret. Erat Italia tum plena Graecarum artium ac disciplinarum. Haec studia *et in Latia* vehementius tum colebantur quam nunc iisdem in oppidis, *et hic Romae*<sup>5)</sup> propter tranquillitatem rei publicae non neglegebantur. Itaque hunc virum et Tarentini et Regini et Neapolitani<sup>6)</sup> civitate<sup>7)</sup> ceterisque praemiis donarunt, et omnes, qui aliquid de ingenii<sup>8)</sup> poterant iudicare, eum cognitione<sup>9)</sup> atque hospitio dignum existimarunt. Romam venit Mario et Catulo consulibus. Statim Luculli<sup>10)</sup>, cum praetextatus<sup>11)</sup> etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. Afficiebatur summo honore, quod eum non solum colebant, qui aliquid percipere atque audire studebant, sed etiam alii.

153 lateinische Wörter

Angaben:

- 1) *ex pueris excedere* = „den Kinderschuhen entwachsen“
- 2) *informare* = „bilden“, „formen“
- 3) *Antiochiae* = Lokativ zu „Antiochia“ (Stadt in Syrien)
- 4) *adventus*, -us m: Leite ab von *advenire*
- 5) *hic Romae*: Lokativ!
- 6) *Tarentini*, -orum = „die Einwohner von Tarent“; *Regini*, -orum = „die Einwohner von Regium“; *Neapolitani*, -orum = „die Einwohner von Neapel“
- 7) *civitas*: hier = „Bürgerrecht“
- 8) *ingenium*: hier = „dichterische Begabung“
- 9) *cognitio*, -ionis f.: hier = „das Kennenlernen“
- 10) *Luculli* = „die Luculli“ (die *gens* mit dem Namen *Lucullus*; so wie etwa deutsch: „die Müllers“)
- 11) *praetextatus*, -a, -um: hier = „siebzehn Jahre alt“